Quelle: http://manuscripta.at/?ID=387
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

uiuere. pro quibus paratus erat mori. Et ut noueritis quia
ipsa est perfecta caritas quam non uiolat. et in qua non peccat qui
natus est ex deo. hoc dominus dicit petro. Petre amas me? Et
ille. Amo. Et dominus non ait. si amas me obsequere michi. quando
enim erat dominus in carne mortali. esuriuit. sitiuit. Eo tempore
quo esuriebat et sitiebat suscepto hospitio ministrauerunt
illi qui habuerunt de substancia sua. sicut legimus in euangelio.
Suscepit eum hospicio zacheus. saluus factus est a morbo
suscepto medico. Quo morbo? Auaricie. Erat enim ditissimus
et princeps publicanorum. Attendite sanatum morbo aua
ricie. Dimidium inquit bonorum meorum do pauperibus. et si cui ali
quid tuli. quadruplum reddam. Ideo seruauit aliud dimidium
non quo frueretur. sed unde debita solueret. Suscepit ergo tunc me
dicum hospicio. quia erat infirmitas in domino. cui obse
quium preberent homines. et hoc quia uoluit prestare ob
sequentibus. Obsequentibus enim proderat non illi. cui enim an
geli ministrabant. horum obsequium non requirebat. Nec helyas habebat
seruus eius hoc necessarium aliquando. cui panem et carnem per coruum ad eam
mittebat. et tamen ut uidua religiosa benediceretur mittitur ser
uus dei. Pascit auidua quem deus in secreto pascebat. Verumtamen
quamquam de his seruus dei sibi prestent. qui eorum indigentiam
considerant. propter illam mercedem a domino in euangelio mani
festissime positam. Qui suscipit iustum in nomine iusti. mer
cedem iusti accipiet. Qui suscipit prophetam in nomine prophete
mercedem prophete accipiet. Et qui dederit calicem frigide
aque uni ex his minimis tantum in nomine discipuli. amen
dico uobis non perdet mercedem suam. Quamuis ergo sibi prestare prestare
qui hoc faciunt. nec hoc poterant ascensuro in celum. Quid
illi poterat retribuere petrus qui amabat illum? Audi quid.
Pasce oues meas. id est fac pro fratribus quod pro te feci. omnis sanguine